





I  
LIBER PRIMVS.  
DE BONIS ET POSSESSIONIBVS  
ECCLESIA RV M.

---

CAPVT PRIMVM.

*An licita sit Christianis diuitiarum  
possessio.*

**I**NVIDIA laborant diuitiæ, & nihil est odij magnâ fortunâ capacius: quotquot sunt miseria ac calamitate pressi, cæteros, qui paulo quietiùs viuunt, quasi malorum suorum fontes accusant, & quidquid est vbique otij ac deliciarum, id quasi creptum sibi ac latrocinio veluti quodamsublatum impatientissimè conqueruntur.

Ita hominum generi familiaris est inuidiæ morbus, vt bene valentes, & cute floridâ conspicuos, ægri nunquam sine dolore videant: ipsis crimen est sanitas & vegeti corporis alacer vigor: Quoscunque mæror occupauit, iis cæterorum lætitiæ



SECUNDA PARS  
DE REDITIBVS  
ET CENSIBVS ECCLESIARVM,  
LIBER PRIMVS.

*De Decimis, Oblationibus & Primitiis.*

PRÆFATIO.

**Q**VOSCVNQVE cupiditati suæ honores humana proponat ambitio, nil vnquam meo iudicio ad maiestatem altius, aut ad gloriam illustrius fingi potest, quàm Deo, apud quem omnia affluunt, largiri aliquid, & eum, cui ad magnitudinem & delicias deesse nil potest, sibi muneris alicuius largitione facere debitorem.

Quantumuis ergo certet diuina munificentia profusione donorum homines deuincire, magis certe commendatur apud nos eius pietas, caduca hæc nostra sumendo, quam sua dando. Domino- rum est largiri: hæc vna Principum virtus, quam absque diadematum splendore & ingentis fortunæ gloriâ, imitari nemo feliciter potest. Regnat occul-